



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

6. Quomodo Christus infans exercuerit actus absolutissimæ resignationis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

Quomodo Christus infans exercuerit  
actus absolutissima resigna-  
tionis.

VI.

1. Expende, quo pacto Christus præcipuos actus resignationis, quos inchoarat conceptus in utero, cebrius iterarit & continuarit natus in stabulo.  
1. Ad omnia, quæ sibi ab æterno Patre iniuncta essent, aut iniungi possent, promptissimum se offerendo. 2. Ad omnia, quantumuis indigna, acerba, atrocia, quæ sibi quoad animam, corpus, & famam toleranda forent, vnde cunque, & à quocunque inferrentur, de paterna eius manu acceptanda se liberalissimè resignando. 3. Omne eiusdem Patris beneplacitum atque inscrutabile decre-  
tum circa applicationem suorum insi-  
nitorum meritorum, quot, quibus, &  
quomodo placeret, vti & circa diuisionem  
donorum naturæ, gratiæ, gloriæ  
quoad se, omnesque, maximè electos,  
ab æterno decretam, & in tempore com-  
plendam intellectu reuerenter suspici-  
endo, probando, laudando; voluntate  
hilariter acceptando, amplectendo, ex-  
osculando. Quos omnes affectus quam

para

Quo

pura intentione solius amoris, honoris,  
& beneplaciti Patris : quām profunda  
submissione & abnegatione proprij ju-  
dicij: quā ardenti zelo deuotissimæ vo-  
luntatis: quām inuicta cōstantia in qui-  
busuis aduersis : quām insatiabili desi-  
derio omnibus possibilibus modis lead-  
nutum diuinæ voluntatis accōmodan-  
di frequētā sit: idque eō perfectius, quō  
profundius penetrabat scientia diuina,  
beata, infusa abyssum infinitæ sanctita-  
tis diuinæ voluntatis , quæ regula est  
omnis rectitudinis ; infinitæ potentiaz,  
sine cuius influxu nihil sit in mundo,  
exepto solo peccato; infinitæ sapiētiaz,  
quæ attingit à fine usque in finem forti-  
ter, & disponit omnia suauiter; infinitæ  
bonitatis, quæ mirabiliter efficit, ut di-  
ligentibus Deum omnia , prospera &  
aduersa, cooperentur in bonum. 2. quo  
evidenter hæc omnia , quæ diuinæ sa-  
pienciæ facere, permettere, ordinare pla-  
cuisset, cessura ad maiore Patris, suam,  
electorumque gloriam præuidebat. 3.  
quō ardentiore zelo diuini honoris per-  
se electosque omnes promouendi, &  
beneplaciti complendi flagrabat. Hos  
tām sublimes resignationis actus in  
Christo suspice, venerare, imitare.

II. Quomodo indoluerit hos resigna-  
tionis

tionis actus à tām paucis , tām rārō, tām imperfectē desiderijs elici ; multā rarius , & imperfectius re ipsa exerceri : è contra à tot stultis filijs hominum, tām temerē , tam impudenter , tam sacrilegē iustissima & sanctissima infinitæ sapientiæ , iustitiæ , bonitatis decreta , permissiones , opera argui , improbari , blasphemari , intellectu , affetu , verbo , opere : idque tantō intensius , quanto cernebat id esse in se indignus , diuinæ Maiestati contumeliosus , hominum saluti perniciosus . Doctor de imperfecta resignatione , oppositisque defectibus .

III. Quām insatiabiliter desiderarit hos eosdem affectus tota vita continuare , & re ipsa demonstrare in obiectis maximè arduis , nec solum in ijs , quæ sibi facienda & preferenda esse iuxta æternum Patris decretum præuidebat , sed in omnibus etiām alijs multō pluribus & difficilioribus , si diuinę voluntati placuisset : in super exemplo suo omnes ad æmulationem prouocare , ijsque gratiam necessariam promereri , qua in omnibus possent , modo vellent , diuinę voluntati se conformare , idque ob causas primo punto insinuatas . Ze-  
lus proficiēdi in perfectæ resignationis exer-

exercitio circa obiecta obedientia, pa-  
tientia, submissionis, seu reverentia  
occultorum iudiciorum Dei.

## VII.

*Quomodo B.V. puerpera eosdem re-  
signationis actus internos eli-  
cuerit.*

I. **E**xpende simili ratione, quomodo  
B.V. Mater Deo, ut carne, sic &  
spiritu coniunctissima, eosdem tres pre-  
cipios resignationis actus, quos a pri-  
mo rationis diluculo familiares sibi ha-  
buerat, in conceptu Filij, ac deinceps  
sublimius intenderat, nunc felicissima  
puerpera multò adhuc eminentius fre-  
quentarit coram intuens, totiesque pe-  
ctori apprimens tām viuum absolutissi-  
mæ resignationis exemplar: idque tan-  
tò purius, intensius, constantius, insa-  
tiabilius, 1. quanto profundius causas,  
cur diuinæ in omnibus acquiescendum  
sit voluntati, præ omnibus puris clea-  
turis, in hac vita, penetrabat. 2. quo in-  
tensius non solum Deum, sed quicquid  
insuper ipsi placeret, super omnia pro-  
pter ipsum diligebat. 3. quo minus ab  
inordinato amore proprij iudicij, pro-  
priæ voluntatis, ac sensualitatis, à quo

lon.